



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Apotheca Spiritualem Pharmacorum Contra Litem Contagiosam Aliosque Morbos**

**Wichmans, Augustin**

**Antverpiae, 1626**

Decimo octavo Kalend Julij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9653**

quod olim longè amplissimum fuit, vt antiqua mænia seu muri, in agro suburbano extantes etiamnum testantur: vt non sit mirum ad has tres nominatissimas vrbes, missos fuisse à S. Petro Apostolo, tres sacrosistos Triumuiros, Eucharium, Volerium & Maternum (de quibus in Apotheca mea egi) qui sedem Pontificiam Treuiris stauerunt; vt è qua ciuitate ceu Regia, iura prophana reddebantur, redderentur & sacra, fidesque Christiana facilius è fonte, in riuos dimanaret.

## I V N I V S.

14. Iun.

*Decimo octauo Kalend. Iulij.*

Vide cap.  
53. Apot.  
Spir. fol.  
236.

**P**anormi in Sicilia S. Roseleæ virginis ex sanguine regio oriundæ, quæ anno 1624. diuinitus inuenta, Siciliam à peste postmodum liberauit, & deinceps præseruauit.

**D**E hac sancta virgine deque gloriosa eius Inuentione ac sacro Triumpho Panormi exhibito alijsque miraculis, plura in dies expecto.

16. Iun.

*Sextodecimo Kalend. Iulij.*

Vide cap.  
36. Apoth.  
Spir. fol.  
190.

**M**isnæ in Germania S. Bennonis Episcopi & Confessoris, quem Bauaria tamquam fidelem contra pestem Tutelarem colit.

**T**Rithemius abbas, exposcente Georgio duce Saxonie, pro huius sancti canonizatione, ad Iulium Papam inter cetera ita de hoc scripsit: Vita Bennonis sanctissima, plena virtutibus, à vetustioribus suisque contemporaneis luculenter habetur descripta, & multa quotidie in Ecclesia Misnensi ad eius tumulum fiunt miracula. Postea verò Hadrianus VI. qui solo Leone XI. intermedio, Iulium immediate secutus est, Bennonem, & Antoninum